

## Epistola Pauli Ad Thessalonicenses II

1:1 Paulus et Siluanus et Timotheus ecclesiae Thessalonicensium in Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo 1:2 gratia uobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo 1:3 gratias agere debemus Deo semper pro uobis fratres ita ut dignum est quoniam supercrescit fides uestra et abundat caritas uniuscuiusque omnium uestrum in inuicem 1:4 ita ut et nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesiis Dei pro patientia uestra et fide in omnibus persecutionibus uestris et tribulationibus quas sustinetis 1:5 in exemplum iusti iudicii Dei ut digni habeamini regno Dei pro quo et patimini 1:6 si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem his qui uos tribulant 1:7 et uobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelatione Domini Iesu de caelo cum angelis uirtutis eius 1:8 in flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt Deum et qui non oboediunt euangelio Domini nostri Iesu 1:9 qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie Domini et a gloria uirtutis eius 1:10 cum uenerit glorificari in sanctis suis et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt quia creditum est testimonium nostrum super uos in die illo 1:11 in quo etiam oramus semper pro uobis ut dignetur uos uocatione sua Deus et impleat omnem uoluntatem bonitatis et opus fidei in uirtute 1:12 ut clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in uobis et uos in illo secundum gratiam Dei nostri et Domini Iesu Christi

2:1 rogamus autem uos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi et nostrae congregationis in ipsum 2:2 ut non cito moueamini a sensu neque terreamini neque per spiritum neque per sermonem neque per epistulam tamquam per nos quasi instet dies Domini 2:3 ne quis uos seducat ullo modo quoniam nisi uenerit discessio primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis 2:4 qui aduersatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur ita ut in templo Dei sedeat ostendens se quia sit Deus

1:1 Paul, and Silvanus, and Timotheus, unto the church of the Thessalonians in God our Father and the Lord Jesus Christ:

1:2 Grace unto you, and peace, from God our Father and the Lord Jesus Christ.

1:3 We are bound to thank God always for you, brethren, as it is meet, because that your faith groweth exceedingly, and the charity of every one of you all toward each other aboundeth;

1:4 So that we ourselves glory in you in the churches of God for your patience and faith in all your persecutions and tribulations that ye endure:

1:5 Which is a manifest token of the righteous judgment of God, that ye may be counted worthy of the kingdom of God, for which ye also suffer:

1:6 Seeing it is a righteous thing with God to recompense tribulation to them that trouble you;

1:7 And to you who are troubled rest with us, when the Lord Jesus shall be revealed from heaven with his mighty angels,

1:8 In flaming fire taking vengeance on them that know not God, and that obey not the gospel of our Lord Jesus Christ:

1:9 Who shall be punished with everlasting destruction from the presence of the Lord, and from the glory of his power;

1:10 When he shall come to be glorified in his saints, and to be admired in all them that believe (because our testimony among you was believed) in that day.

1:11 Wherefore also we pray always for you, that our God would count you worthy of this calling, and fulfil all the good pleasure of his goodness, and the work of faith with power:

1:12 That the name of our Lord Jesus Christ may be glorified in you, and ye in him, according to the grace of our God and the Lord Jesus Christ.

2:1 Now we beseech you, brethren, by the coming of our Lord Jesus Christ, and by our gathering together unto him,

2:2 That ye be not soon shaken in mind, or be troubled, neither by spirit, nor by word, nor by letter as from us, as that the day of Christ is at hand.

2:3 Let no man deceive you by any means: for that day shall not come, except there come a falling away first, and that man of sin be revealed, the son of perdition;

2:4 Who opposeth and exalteth himself above all that is called God, or that is worshipped; so that he as God sitteth in the temple of God, shewing himself that he is God.

# Biblia Sacra Vulgata

2:5 Remember ye not, that, when I was yet with you, I told you these things?

2:6 And now ye know what withholdeth that he might be revealed in his time.

2:7 For the mystery of iniquity doth already work: only he who now letteth will let, until he be taken out of the way.

2:8 And then shall that Wicked be revealed, whom the Lord shall consume with the spirit of his mouth, and shall destroy with the brightness of his coming:

2:9 Even him, whose coming is after the working of Satan with all power and signs and lying wonders,

2:10 And with all deceivableness of unrighteousness in them that perish: because they received not the love of the truth, that they might be saved.

2:11 And for this cause God shall send them strong delusion, that they should believe a lie:

2:12 That they all might be damned who believed not the truth, but had pleasure in unrighteousness.

2:13 But we are bound to give thanks alway to God for you, brethren beloved of the Lord, because God hath from the beginning chosen you to salvation through sanctification of the Spirit and belief of the truth:

2:14 Whereunto he called you by our gospel, to the obtaining of the glory of our Lord Jesus Christ.

2:15 Therefore, brethren, stand fast, and hold the traditions which ye have been taught, whether by word, or our epistle.

2:16 Now our Lord Jesus Christ himself, and God, even our Father, which hath loved us, and hath given us everlasting consolation and good hope through grace,

2:17 Comfort your hearts, and stablish you in every good word and work.

3:1 Finally, brethren, pray for us, that the word of the Lord may have free course, and be glorified, even as it is with you:

3:2 And that we may be delivered from unreasonable and wicked men: for all men have not faith.

3:3 But the Lord is faithful, who shall stablish you, and keep you from evil.

3:4 And we have confidence in the Lord touching you, that ye both do and will do the things which we command you.

3:5 And the Lord direct your hearts into the love of God, and into the patient waiting for Christ.

3:6 Now we command you, brethren, in the name of our Lord Jesus Christ, that ye withdraw yourselves from every brother that walketh disorderly, and not after the tradition which he received of us.

3:7 For yourselves know how ye ought to follow us: for we behaved not ourselves disorderly among you;

2:5 non retinetis quod cum adhuc essem apud uos haec dicebam uobis 2:6 et nunc quid detineat scitis ut reueletur in suo tempore 2:7 nam mysterium iam operatur iniquitatis tantum ut qui tenet nunc donec de medio fiat 2:8 et tunc reuelabitur ille iniquus quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et destruet inlustratione aduentus sui 2:9 eum cuius est aduentus secundum operationem Satanae in omni uirtute et signis et prodigiis mendacibus 2:10 et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt eo quod caritatem ueritatis non receperunt ut salui fierent 2:11 ideo mittit illis Deus operationem erroris ut credant mendacio 2:12 ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati sed consenserunt iniquitati 2:13 nos autem debemus gratias agere Deo semper pro uobis fratres dilecti a Deo quod elegerit nos Deus primitias in salutem in sanctificatione Spiritus et fide ueritatis 2:14 ad quod et uocauit uos per euangelium nostrum in acquisitionem gloriae Domini nostri Iesu Christi 2:15 itaque fratres state et tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem siue per epistulam nostram 2:16 ipse autem Dominus noster Iesus Christus et Deus et Pater noster qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratia 2:17 exhortetur corda uestra et confirmet in omni opere et sermone bono

3:1 de cetero fratres orate pro nobis ut sermo Domini currat et clarificetur sicut et apud uos 3:2 et ut liberemur ab inportunis et malis hominibus non enim omnium est fides 3:3 fidelis autem Dominus est qui confirmabit uos et custodiet a malo 3:4 confidimus autem de uobis in Domino quoniam quae praecipimus et facitis et facietis 3:5 Dominus autem dirigat corda uestra in caritate Dei et patientia Christi 3:6 denuntiamus autem uobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis 3:7 ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari

## Epistola Pauli Ad Thessalonicenses II

nos quoniam non inquieti fuimus inter uos 3:8 neque gratis panem manducauimus ab aliquo sed in labore et fatigatione nocte et die operantes ne quem uestrum grauaremus 3:9 non quasi non habuerimus potestatem sed ut nosmet ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos 3:10 nam et cum essemus apud uos hoc denuntiabamus uobis quoniam si quis non uult operari nec manducet 3:11 audimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete nihil operantes sed curiose agentes 3:12 his autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et obsecramus in Domino Iesu Christo ut cum silentio operantes suum panem manducet 3:13 uos autem fratres nolite deficere beneficientes 3:14 quod si quis non oboedit uerbo nostro per epistulam hunc notate et non commisceamini cum illo ut confundatur 3:15 et nolite quasi inimicum existimare sed corripite ut fratrem 3:16 ipse autem Dominus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco Dominus cum omnibus uobis 3:17 salutatio mea manu Pauli quod est signum in omni epistula ita scribo 3:18 gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis amen

3:8 Neither did we eat any man's bread for nought; but wrought with labour and travail night and day, that we might not be chargeable to any of you:

3:9 Not because we have not power, but to make ourselves an ensample unto you to follow us.

3:10 For even when we were with you, this we commanded you, that if any would not work, neither should he eat.

3:11 For we hear that there are some which walk among you disorderly, working not at all, but are busybodies.

3:12 Now them that are such we command and exhort by our Lord Jesus Christ, that with quietness they work, and eat their own bread.

3:13 But ye, brethren, be not weary in well doing.

3:14 And if any man obey not our word by this epistle, note that man, and have no company with him, that he may be ashamed.

3:15 Yet count him not as an enemy, but admonish him as a brother.

3:16 Now the Lord of peace himself give you peace always by all means. The Lord be with you all.

3:17 The salutation of Paul with mine own hand, which is the token in every epistle: so I write.

3:18 The grace of our Lord Jesus Christ be with you all. Amen.

# Biblia Sacra Vulgata

---